



D.F.Y.P.

42

D. F. B.
Exercitationum
Ad
**NOVUM TESTA-
MENTUM SYRIACUM,**

Disputatio Sexta,

Quam

In inclutâ LEUCOREA

Publica συμφιλολογίαν προσδιαλέξει submittunt

**M. JOHANNES ERNESTUS
GERHARDVS Jenensis,**

¶


**CHRISTOPHORUS SCHINDLERUS,
CLAUSNIC: MISNICUS.**

ad d. 26. Julii

in Auditorio Philosophorum

Horis antemeridianis

Stanno JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.
ANNO M DC XLIIX.



D. F. N.

Ridicula quidem res nonnullis vi-
debitur, quod tantum impendamus leviculis hisce
ac puris Grammaticalibus, temporis: Verum cum
& instituti nostri, quo MS. Cod. Syrum cum excu-
sis diligenter conferre, animum induximus, ra-
tio, tum quod in primo hoc Matthaei capite pauca occurrant a-
lia a nobis discutienda, id ipsum suadeat, et quod a L.B. speramus
tantisper sententiam, dum non nomina, sed res ipsas & phraseolo-
gias excutere ordo concederit. Nisi potius prorsus in capite hoc-
ce primo pes figendum finisq; Exercitationibus hisce imponen-
dus. Interea loci sistimus nunc ב ש Exercitationem VI. cuius

POSITIO I.

Kuschoi quando litteris *Beghadcepbat* imprimatur.

Boderiani scriptio notatur. De scriptione no-
minis שלתיאל.

Diximus supra Kuschoi tum demum litteris *Beghadcepbat* imponi vel imprimi posse, quando praecedat eas scheva quiescens. addimus nunc, quando sunt a principio Sententiae itemq; cum analogia Grammatica daghesch forte efflagitat. Extra hos casus *Kuschoi* s. *daghesch* apud Syros locum non habere, Doctissimorum Syrorum sententia est. Minus diligenter isthuc *Boderianus* in transfusione paraph. Syrae in characteres Ebraeos in Op. Reg. observavit, adeo quidem, ut vix linea ibi legatur, ubi non in impressione *daghesch* litteris *Beghadcepbat* iis in locis, cum illo carere omnino debent, peccarit. In binis saltim praesentis C. I. Matth. commatibus, 12. nim. ac 13. quin-
quies illud iis in locis adhibuit, quibus in MS. nostro *Ruchob*,

A 2

quod

O T R O I

quod duritatem prædictis literis adimere constat, subscriptum & quidem rectissime. Quis enim ambigit, rectius שְׁלָתָאֵיל f. ut

noster Cod. habet **שְׁלָתָאֵיל** per **שְׁלָתָאֵיל**, daghesch privatum f. Syriacè rucboch notatum scribi, quam cum daghesch? ratio enim adest nulla, cur τὸν illo onerare debeamus, vel modò possimus. Ebraicè quidem in V. T. cum daghesch leni in η nomen שְׁלָתָאֵיל legi, adeò non imus inficias, ut etiam minus rectè istos Schealtiel Ebr. efferre statuamus, si qui ita molliter η hîc pronuncient. Sed ob antecedens scheva quiescens in Scripturâ Ebraicâ hoc fieri & rectissimè quoque fieri, notunt qui vix primis labris Lingvam Ebræam guttarunt. at hæc ratio apud Syros impræsentiarum exulat, ut ηλίας λαυτερόπεγον. Hinc & ipse altero loco, ubi nomen hoc rursum occurrit, nim. Luc. III, 27. daghesch in η omisit, ut mox videbimus. Placuit tamen, quod miteris, etiam CL. Crinesio Lex. p. 383. litteram η daghesch adficere, qui insuper tzere f. Syr. revozo illi substernit, ac των Scheva, nullo, quantum nobis inquirere licuit, Codice Syro, immò quoad prius nec Ebraicâ V. T. scriptione suffragante. Optimè vero & Codice nostro amissim consentiente, memoratus Guido Fabr. Bodonianus Luc. 3, 27. in translatione characterum Syriacorum, in Ebræos nomen hoc ita reddidit ac punctavit שְׁלָתָאֵיל, omisso videlicet daghesch in η, cui ut supra monitum, minus rectè Matth. I, 12. illud impresserat, & subscriptâ insuper eidem vocali η. f. chevozo. Melius omnino quoad posterius hoc, quam in scriptione Syrâ, ubi supra Iudb chevozo posuit, nisi in patrocinium vocare velit vulgatum illum Gram. canonem. Vocales apud Syros non semper illi, ad quam pertinent, litteræ adscribi solent, sed sèpè aliis. Et sanè ita omnino sensisse Guidonem exinde patet, quia tam in script. Ebr. quam versione Latinâ legit Schealtiel. Arabs quidem similiter litteram je vocali adfecit: habet enim شَلَاتِيْلَهْ pari etiam modo æthiops شَلَاتِيْلَهْ Salatjal vel شَلَاتِيْلَهْ Salatijal.

POSITIO



POSITIO II.

De scriptione nominis *Abiud*. Guido corrigitur juxta
MS. à Crinesio sit discussio. malè idem litteræ Judh
imprimit Kuchoz. An Syri habeant Mappik.

Patet etiam ex allatis, minùs benè Guidonem litteræ beth in no-
mine אַבְיוֹד daghesch impressissimæ, cui noster Cod. optimè ru-
choch subscriptum exhibet. Daghesch sanè lene locum hic
nullum invenit, an ergo forte? ita omnino Boderiano visum: La-
tinè enim exprimit *Abioud* (nota, suo more i. e. Gallorum u longum per ou hic & sicut *Guido*.) Agnoscunt verò, ut à Dieu satis de-
monstratum, Syri daghesch forte neutiquam, inque illis tan-
tum locis, quibus ex Analogia Ebraea daghesch adesse debet, si
adsint litteræ Beghadcepboth, Kuschoi iisdem imponunt; quibus-
dam etiam inscribunt, quod litteras tamen non geminat (atq;
talem vim hec loci ei tribuit *Guido*) sed indurat saltim. Ut ut
verò Boderianus ita exhibuisset *Abiud*, nequaquam tamen scri-
ptio ejus firmo niteretur talo, cùm nulla adsit ratio, quare Ku-
schoi onerari littera beth. I. debeantur. Hinc CL. Crinesius in Lex.
recte illud omittit, à quo tamen in eo dissentiri cogimur, quan-
do litteræ Jodh præter omnem causam, immo contra Linguæ Sy-
riæ genium & indolem daghesch forte inscribit: nisi quis dicere
velit, non daghesch forte, sed mappik esse: quod ipsum licet
Syri itidem ignorent, adhibuisse tamen Crinesium illud ex usu
Ebraeo, cùm litteram Jodh h. l. sequatur chireck, idque patere ex
scriptione ejusdem Latina, ubi Jodh non geminatum exhibet.
Si tamen Jodh est mobile, videtur nihilominus post(i)addendum
fuisse j, atque ita Latinè scribendum *Abbijud*, quomodo & Æ-
thiops habet, qui modò אַבְיָהֻד Abiud, modò אַבְיָהָד abjud exhibit. Sed cùm nomen hoc in V. T. non legatur,
sed secundum B. Luth. aliorumq; Interpp. sententiam insinuetur
hic *Abiud* per Chananian I. Par. 3, 19. atq; ex Scripturâ V. T. Ebraea
nihil peti possit, nolumus hic esse prolixiores.

POSITIO III.

Syri an habeant Scheva compositum & pathach genufa, it:
an figuram τ& Scheva simplicis. Descriptione
nominis יְשָׁוֵא.

Sæpè subit miratio, quare Tremellius, Guido, Buxtorffius
aliique Viri in Syriacis libris, hisq; non excusis solùm, sed MSS.
quoque probè versati, adeò frequenter, dum Ebraicis characteri-
bus Syriaca exprimunt, scheva simplex & compositum, nec
non pathach genufa adhibeant, cùm nihil horum, Codices typis
descriptos nolo jam commemorare, Codex noster MS. qui ta-
men alias sæpè in minutissimis etiam satis accuratus¹, unqnam
agnoscat vel conspiciendum præbeat. Luculentus quoque
testis est Lud. de Dieu γνῆσις Syrorum discipulus; Syros nec figu-
rum nec sonum τ& scheva compositi, itemq; pathach genufa admittere,
sed sub gutturalibus etiam scheva simplex adhibere, aliquando autem
Vocales alias. simplici v. scheva illos quidem uti, sed figuram ejus ha-
bere nullam; inde nec opus esse, ut si Ebraicis litteris sistantur Syriaca,
illud exprimatur. Quod semel adnotasse, hīc nobis sufficiat.
Patet hinc statim, juxta Syros minùs commodè à Guidone pun-
ctatum יְעַקֹּב Jaakoub per chateph pathach sub v: sed potius scri-
bendum יְעַקּוֹב Jakubb. Liquet etiam ad Syrorum placita scri-
bendum magis legendumque יְשָׁוֵא Jeschu, quam יְשָׁוֵא Jeschua,
quod habent Guido Fabritius, Tremellius, alii. Quanquam hæc
talia auctoritati tantorum virorum, quos ob excellentem lin-
guæ hujus peritiam & præclara in Remp. literariam merita jure
debito immortaliter veneramur, demant nihil, sed saltim ostendat,
vel non à Syris natione talibus, eos Linguam Syram di-
dicisse, vel nimium ad matrem Ebræam filiam hanc confor-
mare voluisse.

POSITIO IV.

An Olaph Vocalem ita semper rejiciat ad proximam fer-
vilem litteram, ut nihil illa mutetur,

Litteram



Litteram Olaph vocalem suam ad præcedentem in eadem dictione litteram schevatam in primis servilem rejicere, notum est. Constat etiam, vocalem istam ob iter hoc ac regressum, nihil mutari, sed manere eandem. Cur igitur Guido Cap. I, v. 1. nostri Evangelistæ scripsit דָאַבְדָהּ per Kametz sub ת, cùm prima syllaba nominis אַבְרָהָם apud Syros procho s. patbach alias obtineat? Hypothetæ ut hoc adscriberem, penè mihi persuasisset Guido, dum in Syriaco textu per procho punctat, nisi & alibi, sc. v. 7. & 10. similia inventirentur. Sistitur enim v. 7. אַבְנִי לְאַמְנֵי pro לְאַמְנֵי ex simpl. אַמְנוֹן & אַמְנוֹת. Hypothetæ tamen tribuemus, quod vers. 8. legatur לְיְהוֹשֶׁפֶת cùm Judd Kametz vel dsekopbo, gerere debeat, ut in Trostio legitur, vel secundum scriptiōnem Ebræam ex I. Par. 3, 10. quod Crinesio etiam placuit, scheva: quod ipsum tamen ob antecedens scheva servilis literæ Lomadh periret, Priore in chevozo mutato s. producto. Rectè verò eod. versu Guido, & non solùm Codice nostro MS. verùm ipso quoq; textu Ebr. I. Par. 3, II. consentiente, nonen יְיֻנָה quoad ultimam syllabam per dsekopbo legit, quod CL. Crinesius minùs bene patbach adficit in Lex.

POSITIO V.

Quomodo suff. tertiae pers. pl. adnectatur Judah
Guido corrigitur.

Judah post OT suffixum nominale in pl. non habere antefecit. Vocalem aliquam, tradit ex institutione Syrorum felicissimus eorum discipulus Lud. de Dieu, nec in nostro etiam MS. vocalis aliqua supra vel infra OT aut Judah quoque cernitur. Quâ itaque ratione Guido, vers. 2. exhibet וְלֹא חִוְתִּי (malè etiam h̄ic יְתִוְהָ Schureck sive exovo adfectum cùm mediante ptocho supra וְ diphtongescat quasi) præmisso chireck s. chevozo ante Jodh sub He? Sed nobis ambiguus h̄ic fuisse videtur Guido, quomodo tandem suffixum וְOT nomini חָנָן in pl. sit adnectendum. Hinc vers.



vers. ii. ita scripsit ac punctavit וְאַחֲרֵי plainè erroneè, "cùm
scribendum & punctandum h.m. וְאַחֲרֵי. ita etiam legendum
Matth. XII, 46.c.13,55. Marc. III, 31. Luc. XIV, 26 Joh. 2, 12.c.7. v. 3.
5. & 10. quibus locis omnibus Bodelianus chireck נ subscripsit,
posterioribus quoque chatephpathach ת ו נ subjecit contra Syro-
rum doctrinam. nec in Ebraicâ saltim transfusione minus re-
stè dictionem hanc exhibuit, sed etiam interdum in ipso quoq;
textu Syro, uti Matth. 12, 46. quid enim opus fuit, τ ו ס ezozo
illic substernere? quare duo puncta, notam pl. numeri c. 13, 55.
litteræ O substernit? ambigo an ullum Codicem hīc sibi ha-
beat præuentem.

POSITIO VI.

Guido in punctuatione nominis נָקִיָּה notatur.

Geminò modo Guido nomen proprium נָקִיָּה bis oc-
currens in nostro Evangelistā Cap. I. punctavit, sc. v. 9. & 10.
utroque modo non bene. Loco priori cum præf. ה ita exhibit
נָקִיָּה cùm ita punctare debuisset, ut habet Trostius aliquę,
non refragante nostro MSto. Et quid quæso causæ, cur sub
dsekophē ponat? quæ item causa, quare sub נ scheva? & licet
ex natura sua tale in hoc nomine possideret, quemadmodum &
Æthiops expressit per תְּהִפְתָּחָה c bedskejas, licet scriptio E-
breæ V.T. nequaquam adprobet, cur non potius scheva, quod pre-
cedens servile Lomadh postulat, ob concussum in revozo au-
ptocho, quam chevozo mutandum? altero loco ita sistit נָקִיָּה
ubi quidem recte נ saghols. vocali secundâ adficit, at minus
benè τ ו scheva: cùm pathach, sicuti & suprà, substernere illi
debeat, possidet enim in scriptione Syræ ptocho,
quemadmodum ipse quoq; v. 9. in Syr.
punctat.

POSITIO

POSITIO VII.

Guidonis punctatio nominis גָּלוֹתָן cum præfix. rejicitur. quomodo duorum schevaiim apud Syros concurr. prius producatur. Guidonis errores alii indicantur, ex parte ab ipso removentur.

Ita sanè est, magni Viri in leviculis quandoque facillimè labuntur. Adeò certè Guido Fabritius, (proprium ejus adduco testimonium ex præf. super N. T. in Op. Reg.) in translatione charact. Syriacorum in Ebr. ac sermonem Latinum laboravit, ut incredibilis ex antlatis laboribus, sic ut bis in morbū summo cū vītā discrimine inciderit, octodecimq; demum mensum spatio opus illud absolutū dederit. Et tamen magnus hic Homerus haut raro in mi-

nutissimis dormitavit. Vocem **לְאֵלִיָּקִים** v. 12. & bis v. 17. recordè in Ebr. exhibuit, ut jam scripsimus, notando sc. primam litterā *dsekopho*, quā verò de causa v. II. accedente præfixo, (quod tamē subsequentis mobilis litteræ vocalem nunquam mutat,) *dsekopho* in *sheva* corripuit? cur itidem alterum præced. servilis in *cba*-*vozo* produxit, ac non potius more Syris tali in casu usitato in *ptocho* aut *revozo*? caussa sanè adest nulla; nec confirmabit, puto, punctuationē hanc ullus Cod. Syr. noster sanè neutiquam adprobat. Bis quoq; ut hoc obiter moneamus, in reddendo nomine *Eliyokim* errasse nobis videtur Guido I. quando Ebraicè expressit **אֶלְיָקִים**, sub **אַנְ** debet esse *revozo* sub posteriori v. Judh vocalis nulla 2. dum Latinè reddidit *Eliokim*, cum legere omnino debuisse *Eliyokim*: Jūdb namque in medio mobile redditur, quia propriam possidet vocalem, quemadmodum & *Æthiops* a longo hanc litteram adficit, ita enim habet **אֶלְיָקְם** *Elijahem*. Arabs similiter, imò & post je inserit *Eliph.* Typographo, omnia enim absit ut errata Guidoni Fabritio, hominidoctissimo, tribuamus, adscribemus, quod nomen *Elijud* characteribus Ebr. expressum **אֶלְיָזָר** v. 14. & 15. similiter vers. 15.

B

אֶלְיָזָר



אַלְיָעָזֶר pro **אַלְיָעָזֶר** nam & ipse Latinè rectè litteram radicalem primam per elegit. Ita etiam *Aethiops* legit vocem *Elijah*. ast in *Eliadzar* litt. **אַלְיָעָזֶר** cum a brevi exhibet h. m. **אַלְיָעָזֶר** *Aladzar*, rectius forsan, si per **אַלְיָעָזֶר** scripsisse.

Ast enim videtur omnino datâ operâ *Guido* prædictas voces quoad primam syllabam chevozo s. chireck adfecisse, cùm in Syriaco etiam textu tertiat vocali insignitæ conspiciantur. Putavit igitur forsan *Guido*, quemadmodum alias Ebræorum **אַלְיָעָזֶר** per **אַלְיָעָזֶר** exprimere consuevere, ita & hîc in compositione, omisso etiam Judh legi vocem illam deberi, imò certè legi posse. Sed reclamant hîc Codd. Syri. Quod verò alias Ebræum **אַלְיָעָזֶר** tam in compos. quàm extra illam ita listant Syri, constat quoq; ex Matth. 27, 46. Vide Disp. 4. Exerc. Syr. ubi cont. Drus. Ellipsin à Syro admissam fuisse defendimus. jam nunc addimus, deprehendi illam ipsam in Interpretate *Aethiope*, qui reddit **אַלְיָעָזֶר** **אַלְיָעָזֶר** *Elobe. Elobe.* planè eod. modo, uti Marc. 15, 34. Cur verò *Syrus* tum etiam *Aethiops* vocem hanc Marc. 15, 34. exponat per nomen cum Suff. primæ perf. alio dispiciemus tempore.

POSITIO VIII.





Verbum Substantivum Præterito additum, quale tempus indicet apud Syros.

Non quidem melius, attamen nec deterius Codd. editis MStum nostrum Verbo **וְיֻכָּלְתִּי** v. 19. subjunxit substantivum verbum **יָכֹל**, quod ipsum quidem præterito adpositum communiter significationem Præteriti in Plusquamperfecti significationem mutat, ut sic sensus secundum MS. nostrum esset *cogitaverat*. Verum cùm sæpè etiam Verbum hoc substantivum, Præterito additum significationem ejus non mutet, aliquando etiam Imperfecti significationem eidem conciliet rectè omnino illud h. l. addidisse Codex noster est censendus. Et sic dicti sen-

sensus erit: cum Joseph effet justus, noluit ipsam traducere, sed cogitabat sive meditabatur ut occulte dimitteret eam, prout rectè Guido Fabritius ac Trostius reddidere. Atque hanc, Imperfecti sc. significationem verbum Præteriti temporis, quando Substantivum verbum ei adfricatum, magis importat, quam nudè & sine eo adhibitum. Sed cùm textus Græcus primariò Præteriti Perfecti indigit significationem, malim etiam hanc, Syriacam paraphrasin h. l. obtinere, quamvis nec Imperfecti usque adeò mala.

POSITIO IX.

Terminatio Adverbiorum quorundam apud Syros. Crinesius laudatur. sit quoq; ab eo discessus.

Dubio verò omni procul MStum nostrum editis Codd. melius, quando præ   habet  , insertâ nempe litterâ Judh ante Tau. Confirmant enim scriptiōnēm hanc præter communem adverbiorum hujusmodi terminatiōnem, quæ in  est, loca parallela nim. Matth. 1, 7. Act. 16, 37. in quibus nullo, quantum sciam, Codice dissentiente ita, ut nostrum hoc loco exhibet MStum, adverbium hoc legitur. Hinc rectè etiam CL. Crinesius hunc quoq; locum inter illos refert, ubi integrè h. e. cum Judh repetito legitur. quamvis in eo calculum nostrum non impetreret, quod punctarit h. m. .

Soli DEO Gloria!


Eximio atque Eruditissimo
Dn. RESPONDENTI
S.

Tem Memata rite sacris, SCHINDLERE, in arata libellis
Assiduâ versas evoluisque manu:
Felix, cui facilem se dia potentia præbet,
Hic bene Sionæ tendit ad arcis opes.
Talibus excultam Divorum Numine mentem
Dum profers, studiis consulis ipse tuis.
Hinc tibi non dubia confertur adorea laudis,
Quam DEUS aeternis augeat ipse bonis.

Singularis affect.
& amicæ gratul.
E. adpon.

M. Justus Söffing/Rudol-
stadio - Thar.

F I N I S.



08 A 6418




1977

Dietrich



Farbkarte #13



62

D. F. B.
Exercitationum
Ad
NOVUM TESTAMENTUM SYRIACUM,
Disputatio Sexta,
Quam
In inclutâ LEUCOREA
Publice συμφιλολογθ̄των προσδιαλέξ̄ submittunt
M. JOHANNES ERNESTUS
GERHARDVS Jenensis,
&
CHRISTOPHORUS SCHINDLERUS,
CLAUSNIC: MISNICUS.
ad d. 26. Julii
in Auditorio Philosophorum
Horis antemeridianis
Stanno JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.
ANNO M DC XLIIX.